



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 465. Hilari Pap. Annus 5. Leonis 9. Severi 5. Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

formam continentia prebere debentur ambienti: aut si spiritu amul-
 lationis inflatum cum (quod non oportuit) arbitratum est negligen-
 dum. deservit sui saltem instructis exemplo illius imitaretur
 temperantiam, cuius honore persurgitur: nec transgrediendo vio-
 larit, quod iam nunc, nisi patientia moderamina tenemus, pos-
 set amittere. Cui vniquam profuit, mens rebelli: aut quem super-
 bia non inclinavit elatio? Altior est humilitatis gratia, cui pau-
 peritate spiritus ad premium promissa beatus illius iter regni caelestis
 aperitur. Nec perfidorum prauaricator existimus esse, quod fecit
 si eruditus doctrina Ecclesiasticus, quid videretur, agnoscat:
 cum alter secundum prophetica vocem in medio Domini adomi-
 nis habitare prohibetur: alter, suscipiente se Domino, semper iun-
 ctus asseritur, cuius consolatione saluatur. Peccata venerabilium
 veterum multa replicari, que iuxta veritatem dicta monstrantur:
 sed ab eadem causa, qua se, ut loqueremur, inicit, recentiora sunt
 exempla sumenda. Non dignitatem Viennensis Ecclesie Mamertus
 Episcopus memini Arelatensi Antistiti quondam transgressionem
 creuisse, & pro corrigendis, que perperam gererentur, inuolabli
 positam definitionem composuisse, ne alter in gloriam, alter in totum
 veteri honore per vitium precessoris reperitur exuium.

Palm. 100.

V. Sicuti ergo & vestra dilectionis relatio, & fratris & Coepiscopi
 nostri Antoni insinuatio referant, claret praedictum privilegia
 certis conclusa terminis velle perdere plus volendo. Qui abusu
 fratris & sacerdotis Leonis moderantia, diuersibus contra sui
 Episcopum, etiam si est meritis, non timuit consecrare: In quo
 factum eum conuenit ratum fieri, ut iuxta eorum, que perpetrata
 sunt, qualitatem non sine iactura proprii ordinis etiam illam a sa-
 cerdotali consortio subinueniri cerneat, quem ore aut indebitum,
 quemque indignissime fecisse conuenit, quem ore aut indebitum,
 sentiret, nec concepta audacia incausata tenentis licentia se pe-
 perisse putaret exemplum.

VI. Verum ad Ecclesiarum quietem tanta transgressionum vulnera
 memores Apostolica sapientia curari velimus ante fomenta, ut
 corpora nostri membra in forte sanandum in integritatem restituam
 per meliora medicamenta reuocetur: nec credatur negligi,
 quod interim non monetur abscondi. Præuia medendi semper au-
 steritatis est lenitas, nec omni ferro statim culpa comprehenditur, aut
 inexplorata, vel quod facile prodisse possit, ostenditur: nunc enim
 temporis oportunitas, nunc languentis necessitas, nunc medicina
 ipsius & modus est querendus, & qualitas: ut omnia per sapientiam
 facta in vitii reprimendis soliquilo curantur gaudeat reparatione,
 quod saluat, nec careat moderatione, quod reseruat.

VII. His igitur vestra fraternitas grauiter prudenterque perpensis,
 alia apud nos dissimulare posse non estimet: in quorum se maxime
 contumeliam, qui non immerito pulsatur, erexit: fratrem enim no-
 stro Leontio nihil consultum a sancta memoria deservit iuris
 potuit abrogare, nihil valuit, quod honoris debetur, offerri: quia
 Christianorum quoque Principum lege decretum est, ut quicquid
 Ecclesie caritative rectoribus pro quiete omnium Domini sacer-
 dotum atque ipsius obseruantia disciplina in asserendis confes-
 sionibus Apostolica sedis Antistes suo pronuntiauerit examine, Anteranter
 accipi, tenaciterque seruari eadem suis plebibus charitas vestra co-
 gnoscet, nec vniquam possent conuelli, que & sacerdotali Ecce-
 lasiis a præceptione sulcerentur, & vigila.

VIII. Vnde, fratres charissimi, presumptionem prædicti, que in
 fratris & Coepiscopi nostri Leonis processit iniuriam, ita conue-
 nit tolerare, ut non nunc interim vitiosum expunem, ut si trans-
 gressor remedi abuteretur satisfactionis & venia, nec culpam præ-
 sentis excessus curandam futura obseruantia soliditate promittit,
 redeunte querimoniâ, eo privilegia Viennensis Ecclesie ad Arela-
 tensis Antistitem transferantur exemplo, quo migrandè princi-
 pio. Vnde moderations vestra nomen tenentes, ad Veranum
 fratrem & Coepiscopum nostrum scripta direximus, ut prædictum
 de nostra delegatione conueniret, quatenus quod de eo regulariis,
 agnoscat: quia onerosum esse non debet delinquentem fratrem
 de propriis excessibus increpare, quibus præceptum constat frequen-
 ter ignoscere. Necessè est autem, si nullum correctionis eius indi-
 cium suspensimus, quod illa est professione retinendam, quam de-
 finitione sedis Apostolica periculo ordinis sui obseruandam semper si-
 ne ulla deinceps transgressionem resister, ad Arelacensem Ecclesiam
 easdem quatuor ciuitates, quarum non sunt, aut non sunt Mamertus
 Episcopus, ordinatione esse reuocandas. Quod etiam tunc oportet
 fieri, si vlla vniquam post eum, quem nunc charitate corrip-
 timus, & vitiosius ab illius confidimus absintere, presumptionis

huius imitator existerit. De hoc sanè, qui licet inchoatè diuersum
 cognoscitur ordinatus, iustitia ratione censuramus, ut sacerdotium
 eius fratris & Coepiscopi nostri Leonis confirmetur arbitrio, a
 quo rite debuit consecrari. Deo vos custodiat frater charissimus, au-
 longiore. Dat. VI. Kalend. Mar. P. C. Basilius P. C. Conf. Non mi-
 teris lektor, Romanum Pontificem Hilaram aduersus
 Mamertum adeo vehementer insurgere, virum (ut decla-
 rant euerge) sanctitate insignem: in his enim, que con-
 tenentur fotti sunt, persicillè est quemque decipi, persimile
 etiam S. Leoni accidit, qui in S. Hilaram eadem ferme ex-
 causa acerimè inuectus est. Quis nesciat sepe accidere, ut
 falsis accusationibus & surreptionibus aures Pontifi-
 cum replentur, & cum putant agere, quod iustum appa-
 reat, exagitant innocentem: sed de his latius.

IESV CHRISTI
 Annus 465.

HILARI PAP. LEONIS 9. IMPP. SEVERI 5. ANNIUS 5. SEVERI 5.

IN SENI calamitate notatus præsens annus quadrin-
 gentesimus sexagesimus quintus, Constantino politana
 vrbis conflagratione, nouo Consule nequissimo Basilio,
 hereticorum fauore præcipuo, aperitur, collegæ et con-
 iunctio in Occidente a Seuerio Augusto Hermetico-Gar-
 tho, opera Ricimeri Ariani. Qui igitur magistratu duo-
 rum hereticorum, alterius Consulis Ariani, alterius ve-
 ro Eurychiani, incipit annus, memorabilia secum mala
 vexit. Huiusmodi Consulibus (inquit Marcellinus) Constantino
 nopoli magno iniusta incendio, facie sua data deplangitur, hæc ipse
 Sed accipite ista fuitis narrata ex Danielis Scyllite, qui can-
 cta prædixit: fidelibus Actis.

Incipit quidem (inquit auctor) principium habebat
 anni ambitus, & mensis inflabat, quem Romani vocant septem-
 brem, in quo magis martyrii Mamanti festum per celebrant, e-
 Vespere ergo, quando festum a pijs preparatur, & tota nocte
 agitur vigilia, sinem accipit magni Danielis propheta: Et re-
 pte in maxima atque regia ciuitate incipit incendium, quod vsque
 ad d. est excitatum, & addidit inualuit, ut ferè vniuersam contriverit
 ciuitatem. Nam capis quidem a muro, qui est prope mare, quem
 etiam nominant nauale: peruenit autem vsque ad forum Constanti-
 ni, & peruenit ad portum Iulianum, quasi mediam ciuitatis ciuita-
 tatem. Quo in loco & comprehensa sunt vniuersa corpora: que-
 tumque vere subre comprehensa, facile perierunt. Et sic passus
 ignis in maximum creuit flammam. Eratque malum inexpu-
 gnabile: quippe cum quicquid ad open frendam asseratur, ar-
 gueretur nihil proficere. Quapropter multas quidem domos, mul-
 ta autem templa, virorumque & mulierum profersit depositum
 multitudinem: multi vero partibus & membris corporum, qua
 inuastat ignis statim mutilabantur, erant, semustulari, & me-
 dia parte casti, miserabiliores his, qui omnino cum suis peri-
 rant.

Erant ergo periculum, ne quod vulgo celebratur, Orbis terra
 miraculum. Constantium inquam ciuitas, cerneatur pari similita
 incendia Sodomorum. Vix tandem ut in tanto malo cu reuit
 in mentem S. De nieli prædicio, & credant fore, ut illis solum
 precibus saluum vineatur: Hinc factum est, ut ad eum magna ce-
 leritate current, ille quidem pecunie deflessi priuationem,
 hic seruorum, alius domus, alius amicorum, & hiequidem cogna-
 torum, ille vero vxoris & suorum filiorum, alius autem omnium
 facultatum. Propter qua Sanctum tanto dolore affecte, ut r-
 tus repletus lacrymis, eos damnaret negligentia, quod ipso tu
 tum resistente & prædicente, malum patientia vitare non ca-
 rauerit: ut qui in patiente solum ferunt Nisiuita, non autem
 in patiente. Hoc dicens, illis quidem sic suadebat curam gerere
 orationis & ieiunij. Quamquam ipse quos, manus in celum tollens,
 illinc implorabat auxilium. Et post orationem cum eu dixisset fi-
 nem calamitatis, eos dimisit: Post septem (inquit) dies cessabant
 mina ignis. Sicut ille dixit, & res est confecta: septimo enim die
 non erat amplius ignis. Tunc & alios & eos, qui gerabant
 magi-

III. CON-STANTI-NO-POLITANA AD DANIELIS

magi-

IV.

Magistratus, quinetiam & ipsum Imperatorem in eis metus: & secum assumptis Imperatoribus, sic supplex beato Danieli pro eo quidem, quod praerogativa misericordiam, securitatem autem in futurum populens, haec ibi de incendio.

V.

Quod quidem incendium durasse ad quadragesimum, nullius, videtur comprimi potuisse. per urbem mediam totam perierant, a Septentrionali regione ad Australem vsq; omnes domos ad quingentas, in latum, in latum ad quatuordecim stadia penitus vastasse; nullumq; edificium vel publicum, vel privatum, nullas columnas, nullas denique fornicis ex lapideis firmatis toto illo spatio, quo grassabatur, omnino reliquisse, sed omnem duram concremasse materiam, perinde ac si fuisset res factilis ad incendendum. Hanc cladem in Boreali vrbis regione, in qua nunciale est, a via Boana (hac enim nomine est) vsque ad verum templum Apollinis oberrasse: in Australi autem, a portu Iuliano ad aedificia Ecclesiae, quae Concordia nomine nuncupatur, non multum distantia, grassatam: in media ciuitate, a foro Constantini ad Forum vsque, miserabile spectaculum & cum primis horrendum ante omnium oculos posuisse: nam quaecumque vrbis loca in sublime cum summa pulchritudine erecta fuissent, aut quae ad magnificentiam & singulari praesentiam affabre elaborata, aut ad publicos primatibus, vni extructa, acuatim veluti in montes collesq; inuis, & abruptos aggregatae fuisset, atque confertas omni materiae genere sic priorem deformasse effugisse, vt nec ab eorum habitatoribus interitus poterat, qui locus hic vel ille ante fuisset. haec Euaugrius, in eo a superius dictis tantum discrepans, dum quatuor dumtaxat dies incendium perdurasse tradit, eam alij sex ponant.

VI.

At minime praeterendum est ingens tunc temporis editum a sancto Marciano miraculum. Cuiusmodi dominans sua potentia vastum incendium depauperatum esset, quam nuper crexerat, atque Deo dicantur, ingentem basilicam Anastasium ipse, ne id fieret, precibus anteverit. Nam in rebus ab eo gestis haec legantur. Incendendum, quod nos nulla habuit similia, exiit ad nosra Domini (hoc etiam nomine nuncupata est basilica Anastasii, quod in eo loco Gregorius Nazianzenus pulpitem ad conciones exersisset.) Nam cum ignis appropinquasset loca, quae sunt ad mare Boreale, totam urbem cingebant, & sic serpens ferociter vsque ad mare, quod est in Meridie, depascebat; omnia, quae intercedebant. Consequenter ergo hanc quoque sacram edem ignis comprehendebat impetum. Vni quisque ergo, proprijs neglectis calamitatibus, ad templum a ruer procedebat, ignis, qui non cernebatur, coram inflammationis animis.

VII.

Homine autem Dei Marcianus nihil perterritus, & ne siquidem eum in orbem circumfunderet ignis, nihil faciens, sed sicut in Deum credens omnia cedere, sacris acceptis Euaggeljs, in summum celum ascendit, & stans in medio flammae, & se conuertens ad praeces. Christus Deus (dicebat) Dem patrum nostrorum, qui e Abraham sacrificium suscepisti, & quem ex te promissione praeter spem tribuisti filium, praeter spem a eade liberasti: qui etiam in fornace Babylonica tres pueros captiuos, eo effecti potentiores: ipse nunc quoque, Domine, hanc tuam domum conserva, ne Ledatur ab igne: & ne concedas, vt opus tuum, quod nos multo labore & tanto persequimur desiderio, ignis destruat: ne adhuc peccat inimicus aduersus nos insolenter gloriari, nec ora Arianorum, qui sunt nobis propinqui, nos probris appetant: sed nunc quoque ostende aliquid dignum tua benignitate & maiestate, ad gloriam tui nominis, & ad nostram, qui veritati credimus glorificationem & exaltationem.

VIII.

Hec cum ille diceret, vna cum verbis effluuabant lacrymae, & ostendebant eum iocis extabescere. Deinde cum submisisset,

Annal. Eccl. Tom. 6.

Auen: videbant omnes fere, qui aderant, primum quidem ignem sibilantem circa totam edem, & in illam veluti facientem impetum, deinde vero recedentem, & veluti pressum a quadam impugnantibus & fortissima virtute. Certe haec quoque sacra edes, quomodo diuinorum quoy em aliquando corpora, tota illa, tota in tanta in tanto (Christe Saluator) igne est conseruata. haec nunc de his auctor. Sed ne tota periret ciuitas hoc incendio, praeces quoque sancti Marcelli Archimandrita: viti sanctissimi a Deo obtinuisse, quires ab eo gestas conscripsit, testatur, a quo & eiusdem incendijs vultus describitur: sed factis quae supra iisdem contententia sunt dicta sufficiant.

Deformata admodum remansit ciuitas tanto per tot dies exusta incendio, ad eod vt penes fuerit eadem ex integro construenda. Quamobrem Leo Imperator, qui Leonis successit in Imperium, constructionem de priuatis aedificijs promulgauit, & quae consultum fuit in posterum, ne si contingeret domum aliquam conflagrare, vicini quoque domum continerent flamma de patere: eorum statuit, vt aedificans domum, duodecim pedes spatij relinquere debet inter proprias & vicini aedes, ad securitatem ab igne praestandam, & alia huiusmodi. habetur ibi mentio de domibus combustis, vt vsque ad centum pedes altas instaurare liceat. Apparet quidem ex noua hae restoratione Constantinopolitanae vrbis domos omnes in insula formam fuisse redactas, quae vndique pedibus duodecim a vicini aede distarent. Insuper ibi meminit Imperator de Leonis imperatoris eodem argumento constitutione his temporibus edita: quarum quidem legum faciendarum quae causa praecesserit, ex iam dictis satis habetur expressa.

Ad assequendum vero peccantem populorum haud sufficiens vira est ista vna vindicta, sed Deus alias superaddidit. Conserua dicitur haereticis erat. Aliis vero praesertim, qui ob gratiam Imperatoris foris fidem Catholicam profiterentur, & ius autem Eutychem etque Dioscorum habent inclusum. Sed & Arianorum sicut in ecclesijs habebat numerus, ita erat & soluta licentia patrocino aulicorum potentium, in quorum manu post Imperatorem summa rerum esse videbatur. foere hi Aspar & Ardaburius Praefecti militibus, quorum magna erat penes omnes auctoritas. Vt merito Deus incendio tradiderit ciuitatem, in qua impietas, inuito licet Imperatore, sibi solum collocauerat. Sed quae mala incendium secuta sint, his addamus, & primum de Imperatore in magno virae discrimine collocato. Supplicat enim haec nobis Acta Danielis abunde, quae de his ista habent, quibus ipsa historia testatur:

Lam quidem post autumnalem conuersionem, mutato tempore, erat hiemps, & hiems maior, quam vt eam posse explicare oratio: quatenam superabat ab inuicelo generosi Danielis animo. Cadebant autem vrbis plurimi, & venturum erat procella reuoluentem, de his puto in illis vrbis inuicentibus Niphorum intelligere, vbi multa simul, quae diuersis temporibus contigerunt, in unum congerit, atque ait: Constantinopoli vero & in provincia Phrygia imbris immensis & in quarum diem ingibus aquis calidus summum mare descenditibus, durauerunt, montes in planities deciderunt, & vici maximi diluuis perierunt. Ex quibusdam purgamentorum copia in quibusdam lacubus insulae extiterunt, sicuti in Boana, quae ad Nicomediam est, accidit, haec ipse de pluuijs. De vi autem magna ventorum, Acta iterum repetit Danielis, in quibus haec sequuntur.

Veni vero inter se agitabant seditionem, & multi simul spirabant, & ad eod violenti & immanes, vt ferreas ansae columbarum, quae duas columnas inter se committunt & colligunt, & Danieli in altum serrebant, violenter euellerent. Et interius, summum Danielis vira discrimen mouisse ait Imperatorem, vt ad eum inuisendum obsequeretur, sed quid tunc illi magni periculi acciderit, audi: Nouerit (inquit auctor) Imperator, quae in isto Daniels acciderant, & contendit ad videntem columnam, partim quidem pauis sumptibus de his, qui antea non esserant firmas & validas, partim vero, vt tuto eas de sacro committeret. Sed illos quidem magni Daniels mansuetud

Apud Sur. Je 29. Decemb. IX.

Flit. G. de priuat. 447 DE NOVA AEDIFICANDI RATIO. NA.

X. ARIANI ET EUTYCHIANI CONSTANTIN. AB. VNDANT.

Apud Sur. die 11. Decib. XI.

Nicaph. l. b. 11. c. 10. IMBRIUM PRODIGIOSA TR. QV. IN. TIA.

XII. LEO IMP. INVISIT DANIELI.

eripit à minis Imperatoris mortem eius minantis. Descendens autem de monte Imperatori non paruum accidit periculum: Nam cum quidam metus equum forte fortunâ turbasset, quem ille ascenderat, is, conterritus pedes erexit anteriores, supinus quidem cecidit statim humi: iacebat equus supinus autem etiam cum eo Imperator; id verò quod ante stabat super sellam regiam, frontem contrivit Imperatori. & quæ erat in capite coronam procul expellit, quo tempore contigit eam, qua in ipsa erant, margaritæ aliam aliò dispersi. Sed Daniel quoque cum oratione prævenisset malignum, à mala morte servat Imperatorem. & sic reuersus fuit sine periculo. Subdit verò auctor, quomodo eà occasione contigerit Arianum hominem ad Catholicam fidem converti, sic diceps:

XIII. COMES STABULI ARIANVS FIT CATHOLICVS.

Equis Imperatoris (vt eum vulgari & consuetâ lingua vocat) Comes stabuli, vel Comes stabuli, omni quidem anteriori tempore laborabat nefariâ Arii infania. Tunc autem & Imperatoris timens periculum, & ne quod accideret eum amconcitaret, cursu venit ad Sanctum. Ille verò non solum eum metu ab Imperatore, sed etiam malâ pollicetur esse esse liberatum opinione, qua est quousque periculo grauior. Hæc audiuit equis, & cum miribus placidus, eum suasionibus opinionem Arii curasset, ea sensit, qua Orthodoxi. Atque Sanctus quidem scribit ad Imperatorem quod & Iordanes (id enim illi nomen fuit) abnegat à deceptio, in rebus incedit dogmatibus, & quod propter hoc ipsum est infidum: qui etiam hinc ad me venit, vt à te veniam consequeretur. hoc literarum magni Danielis est argumentum, ad quem Imperator ita referensit:

XIV. EPISC. LEONIS AD DANIELEM.

Periculi quidem mei causa non alius fuit, quam ipse mihi, qui sic ausus sum ascendere ante oculos tuos, & non pedes procul abijci sacra columna. Ego patrem deinceps diligenter cauebo. Iordanes verò non modò non irascor, vt etiam valde læter, quod meus ex equo lapsus ei causa fuerit, vt qui iacebat, surgeret. hæc Leo ad Danielelem. Sed pergit auctor:

XV. REX LAZORVM INUIT DANIELEM.

De cætero autem tanta erat Imperatoris in Sanctum reuerentia, vt non solum ipse honoraret eum is, qua oportebat, sed etiam alius eum tamquam rem caelestem ostenderet. Tunc quæcum paulò post contigisset Regem Lazorum venire ad Imperatorem Romanorum causa faciendi federis, alius quidem prætermisus eum verò accipiens & dicens ad Sanctum: Hoc est (inquit) mei Imperij miraculum. Ille autem vsque ad eum obstupuit, eius videns tolerantiam atque fortitudinem, vt non solum Sanctum, sed etiam columnam, in qua erat positum, cum lacrymis adorans, multas voces emitteret barbaras valde erudita mentis, vt qua multa didicerat. Atque tibi gratias, dicens, Rex caelestis, quod qui ad terrenum Regem veneram, caelestem huius viri vitam ostenderis, & dignum me censueris, qui essem spectator talium mysteriorum. hæc ipse. ac de his hæc tenens.

XVI.

Hoc pariter anno nono Leonis Imperatoris, celebris fama Quiriacus anachoreta Hierosolymis petens, in Laura sanctissimi viri Euthymij Abbatis primordia aedificatus vitæ monastice, ad magnæ virtutum molis ædificium construendum fundamenta iecit. Extant eius Actus & quidem mystica, quæ & aliqua ex parte Cyrillus in rebus gestis Euthymij simul intexit. Agit de eodem Cedrenus, sed sub anno Leonis Augusti septimo, iam verò ad res Occidentalis Ecclesie transeamus.

XVII. NATALIS ROM. PONT. CELESTINIANI.

Hoc eodem anno, sub isdem Costulibus, decimo octauo Kalendas Decembris, ab Hilario Papa habita est Romæ Synodus. Conuenerant enim eo tempore Romæ quadraginta octo Episcopi ad natalem diem ipsius Romani Pontificis, ex more, solemniter celebrandum pridie Idus Nouembris, vt ex epistola Synodali data ad Episcopos Tarraconensis provincie constat: de quo quidè pristino vsu superius dictum est in Anastasio Papa auctoritate sancti Paulini. Huius igitur occasione Episcoporum conuentus, Hilarius Papa Romæ Synodum habuit. Cum enim ex diuersis provincijs, more maiorum, misse essent Romam ad ipsum Pontificem ab Episcopis & Synodis cõgregatis variæ consultationes, ex Hispania nimirum & Gallia: has omnes cû Episcopis, qui Romæ conuenerant, cõmunicare voluit cõsuetâ modesti Rom. Pontificis, qui eas poterat solus absolueret. At reliqua omnia, quæ in hac Synodo fuerint pertractata, ipsa, quæ extant, Acta significant, quæ sic se habent, prælocuto ita in primis Hilario Papa b.

Quoniam religiosus, sancto Spiritu congregante, Cantentur hortatur, vt quacumque pro disciplina Ecclesiastica necessaria sunt, curâ diligentiore tractemus: si placet, ea, quæ ad ordinatum reuocare pertinet, iuxta diuina legum præcepta & Nicænorum canonicorum constituta, ita adiuvante Domino in omne animum mansura solidemus: Vt nulli fas sit sine statû sui periculo, vel diuine constitutionis, vel Apostolica sedis decreta temerare: Quia nos, quo potissimi seruetur administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in casu Dei defides fuerimus inueni: quia meminimus, quod timere debemus, qualiter committetur Domino negligentia sacerdotum: Siquidem reatu maiore delinquit, qui peiori honore perstruitur: & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum. hæc prælocutus Hilarius in Synodo coram Episcopis, vt ad rectam ordinandorum clericorum dispositionem decreta subiiceret: quibus recitatis, hæc secuta est exclamatio omnium Episcoporum: Exaudi Christe, Hilario vita: dictum est scies. Hæc confirmamus & hæc docemus: dictum est otios. Hæc tenenda sunt: hæc seruanda sunt: dictum est quinquies: Doctrina vestra gratias agimus: dictum est decies. Ista vt in perpetuum sentiantur, rogamus: dñm est quindecies. Ista per sanctum Petrum vt in perpetuum feruentur, optamus: dictum est septies. Hæc præsumptio nunquam fiat: dictum est decies. Qui hæc violauerit, in se veniet: dñm est septies. Hæc scias à Patribus ingentis acclamationes esse uocis maiorum ad insinuandum Episcoporum omnium in decretis à Romanis Pontificibus sancendis spontaneam fauorabilemque consensionem.

Post hæc autem idem Hilarius Papa in medium protulit consultationem ex Hispania missam ab Episcopo Tarraconensi. Etenim Acta ista subiiciunt: Et factis silentio Hilarius Episcopus dixit: Præterea, fratres, noua & inaudita missis de Hispania epistolis sub certa relatione perueni: in quibusdam locis peruersitatum semina subinde nascuntur. Denique Episcopatum, qui non nisi meritum præcedentibus datur, non diuini munus, sed hereditarium putant esse comprehendendum: & credunt, sicut res caducas argi, mortales, isti sacerdotum, velut legatario aut testamentario iure posse dimitti. Nam plerique, sacerdotes morti tonsilio constituti, in locum suum feruntur alios, designati nominibus, subrogare, vt scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod quam graue sit, estimat.

Cum hæc ab Hilario Papa de Hispaniarum Ecclesijs ingesta per litteras Episcopi Tarraconensis Ecclesie audis; in memoriam reuoca, quæ anno superiori iridem de Hispanijs ex S. Ilidoro dicta sunt; nimirum tremendo æternico Dei iudicio datas Gothis furentibus deustandas: vt plane, qui secundum illud Propheticum dixerant: Venite hereditate possideamus sanctuarium Dei, imprecationem eiusdem Prophetæ ulticem senserint: mox ista subdentis: Deus meus, pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti: sicut ignis, qui comburit siluam, & sicut flamma comburens montes, ita persequetur illos in tempestate, &c. Verum etiã penes aliarum Hispaniarum provinciarum Episcopos solutus esset vigor Ecclesiasticæ discipline, certè quidem in Tarraconensi provincia vigeat custodia legum: in quas cum quis enormiter deliquisse inuenisset, ita uti omnibus in vnum cõstantibus audita eius causa deferretur ad Romanum Pontificem: quod his diebus bis factum, ex litteris ab ipsis Romam missis intelliges.

Hilarius igitur in postero consulturus, ista subiicit: Atque, ideo, si placet, etiam hanc licentiam auferamus: ne (quod turpe dictum est) homini quisquam putet deberi, quod Dei est. Vt autem quod ad nos perlatum est, ad vestram etiam possit peruenire notitiam: Hispanorum fratrum & Coepiscoporum nostrorum scripta legantur. Recitate sunt primùm, litteræ ultimo loco datæ, postea verò quæ primitus scriptæ fuerant: priores enim de Siluano Calaguritano Episcopo querelam habebant; posteriores vero causam Nundinarij Episcopi Barchinonensis & eius successoris Irenæi continebant. At nos, pro more nostro, de his, quæ primo loco sunt scriptæ, primùm agamus.

Ascianus itaque Tarraconensis Episcopus, & qui cum eo conuenerunt omnes provincie illius Antistites in litteris ad Hilarium Papam aduersus Siluanum ita scripserunt:

Domi-

SVIII
8

a. Stud. Sur. die 29. Septemb.

Extant no. 2. Con. ed.

XVIII. ROMANVM IN GUNZBURGVM.
XXI.
XXII.

HILARI
SEVERI
LEONIS
CHRISTI

XXIII.
DIONISII
SYRACUSANI
EPISCOPUS
CAVSA.

XXIV.
CAVSA
EPISCOPI
YORVM
AD ROM.
PONT.
DE HER.
EL.

XXV.
DE CAUSA
GERMANI
EPISCOPI.

Domino beatissimo & Apostolica reverentia à nobis in Christo colendo Pape Hilario, Afcianus Episcopus & vniuersi Episcopi Tarracensis prouincie.

Et si nulla exararet necessitas Ecclesiastica discipline: expectandum re vera nobis fuerat illud privilegium sedis vstræ, quo susceptu Regis claribus post Resurrectionem Saluatoris per totum Orbem beatissimi Petri singulari predicatio vniuersorum illuminationi professit: Cuius Vicarij principatus sic eminet, ita metuendus est ab omnibus & amandus. Proinde nos Deum in vobis primitus adorantes, cui sine querela seruitis, ad fidem recurrimus Apostolico ore laudatam, inde responsa querentes, vnde in uelut errore, nihil presumptione, sed Pontificali totum deliberatione præcipitur. Habes, lector, satis perspicue declarate cum plurimis alijs, tum hoc, quod modò recitatur, exemplo, quantà obsequantia Hispaniarum Episcopi sint semper profecti Romanum Pontificem, è cuius sede se Euangelium accepisse sentent. Sed audi de Siluano eorumdem narrationem.

Cum hac ita se habeant: est tamen inter nos saluus frater, cuius presumptionem sicut diutius tacere non licuit, ita & loqui futuri iudicij necessitas imperauit. Siluanus quidem Episcopus Calaguræ in vltima parte nostræ prouincie constitutus, diuinationes sibi inuoluitas usurpando, humilitatem nostram ad hoc vsq; perduxit, vt contra eius uariisimam superstitionem sedis vestra vnicuique uocandam flagitium. Hic namque tam ante septuaginta annos, postponens Patrum regulas, & ueltra in futura despicens, nulli perentibus populis Episcopum ordinauit, cuius præceptum sacrum existimantes fratres à pacifica posse admonitione sanari, profecti in præsens. Deniq; contra uetustatem canonum, contra Synodi constituta, alterius fratris nostri presbyterum, spiritu tantum presumptionis accessus, in eodem loco, quibus fuerat destinatus, cui inuito & repugnanti inposuerat manus, & qui nostro tam cæci fuerat aggregatus, Episcopum fecit. Hinc factum est, vt de eius miserissima temeritate ad nos Casar Augustiana urbe Episcopus frater noster uicaria referret, cuius diligentia & sollicitudo admodum profecerat. si in aliquo profuisset. Si quidem cunctis in uicinijs positus Episcopus, ne se schismatico adiungeret, frequenterissime conuadixit: sed obstinatione damnablem totum, quod erat illicitum, & quod nobis pudor est dicere, non erubuit solum ille committere.

Proinde quia his presumptionibus, que unitatem diuidunt, que schisma faciunt, uelociter debet occurrere: quasumus sedem uestram, vt quid super hac parte obseruare uelimus, Apostolice assensum infirmamur: quatenus fraternitate collecta, prolatis in medium uenerandæ Synodi constitutis, contra rebellionis spiritum uestrâ auctoritate subnixi, quod oportet de ordinatore & de ordinato fieri, intelligere, Deo adiuuante, possumus. Erit profectò uestris triumphus, si Apostolatus uestri temporibus, quod saluti Petri cathedra obtinet, Catholica audiat Ecclesia, si nouella zizaniorum semina fuerint extirpata. Et subscriptio: Orantem pro nobis sanctum Apostolatum uestrum inigi auo diuina conferuet aternitas. hæc tenus prior data in Siluani causa Synodi Tarracensis epistola, ex qua antiquam uides custoditam praxim, nimirum causas Episcoporum solitas deferri ad Romanum Pontificem.

Posterior uero data ab ipsidem ex alio Episcoporum conuentu epistola in causâ Irenæi, primo loco recitata est, in qua mentio habetur de datis antea literis in causa Siluani: à qua diuersè erat causa ipsius Irenæi Episcopi Barchinonensis. Hunc uir dignissimus Nundinarius Episcopus Barchinonensis heredem paucorum bonorum instituentis, optare se dixit, ut in locum suum idem Irenæus ordinaretur, qui erat alterius Ecclesiæ Episcopus: eius quidem uoluntatis elogium & populus & clerus, simulq; cõprouinciales Episcopatu habuere, immo & annuissè ponitur Metropolitanus Antistes ob Ecclesiæ illius utilitatè, & merita decedentis & succedentis Episcoporum. His enarratis in epistola ad Romanum Pontificem, eiusmodi petitionem adiecerunt: Ergo suppliciter precamur Apostolatum uestrum, ut humilitatis uestræ decretum, quod iuste à nobis uideret factum, uestrâ auctoritate firmetur. Intelligis, Romanæ tantummodò sedis Episcopi fuisse dispensare in his, quæ contra canones præsumpta essent, nec Conuenticio prouinciali tantam fuisse auctoritatem, ut in consulti

Apostolica sede id præstare potuisset. Quid autem ad hæc qui Romæ conuenerant Patres? Primo quidem publicis acclamationibus, inde uero singulorum sententijs, quæ ab illis Episcopis probata fuerant, sunt exploratæ. In acclamationibus uero inter alia illud quinque dicitur: Vt seruetur antiquitas rogamus. digna planè tanto Confessu sententia, quæ tamquam ualido mucrone confoditur, quicquid unquam uel contra fidem, uel contra Ecclesiasticam fuerit disciplinam præsumptum.

De his autem omnibus, quæ Synodali fuerunt sententiâ definita, scripta est ab ipso Hilario Papa epistola decretalis ad Afcianum & reliquos prouincie: Tarracensis Episcopos data tertio Kalendas Ianuarij, Basilicæ & Herminerico Consultibus: ut planè appareat, ab exordio Synodi ceptæ decimo quinto Kalen. Decembrijs, usque ad datas has literas tertio Kalendas Ianuarij, intercurrisse mensem unum & dies duodecim, tantog; temporis spatium Synodum perdurasse, cuius aliquæ deesse uidentur Actiões, vt inter alia, quæ ab aduersaria parte pro Siluano Episcopo allata fuisse, idem Hilarius Papa in dicta epistola docet, quæ fuerant eiusmodi, ut eundem Pontificem ad dispensandam cum eodem Siluano permouerint, ne uelidelicet diro schismate scinderetur Ecclesia. Non sic quæ cum Irenæo, quem ad suam Ecclesiam Hilarius redire præcepit: quibus intelligas, quam indigno animo uulerint Romani Episcopi sedium mutationem. Dedit & de his idem Hilarius Papa perinatim alias ad eundem Afcianum Tarracensem Episcopum litteras, quæ ipsidem Actis accesserunt, appendix. In hac insuper Synodo, ad Ecclesiæ uiciorum salis ædificationem, cõstitutionem edidit Hilarius Papam, habent eius uita Acta his uerbis. *Fuit constitutum de Ecclesia in basilica ad S. Mariam, Consulata Basilicæ & Herminerici, decimo sexto Kalendas Decembrijs.* Quæ etiam per Constitutum intelligatur, superius dictum est.

Quod uero inter quadraginta octo Episcopos, qui Synodo interfuerunt, primo loco ponatur Maximus Episcopus Taurinensis post Romanum Pontificem, non id quidem accidit sedis prærogatiuâ, cum digniores illic essent Episcopi Metropolitani, ut inter alios Ecclesiæ Mediolanensis Antistes: sed id quod cum seias prærogatiuâ ætatis in Episcopatu agentis: hic namque mos uetus, ut qui plures annos ageret in Episcopatu, uel Archiepiscopatu, priorè sibi in Synodis locum uendicaret, etiam si alio qui dignitate sedis esset inferior, saluò tamen Patriarchatum prærogatiuæ sedium. Maximum autem Taurinensem plurimos egisse in Episcopatu annos, ex eo potens intelligere, quod de ipso agens Gennadius, qui hys uiebat temporibus, clausisse eum tradit Honorio & Theodosio in uerborum uerboribus, licet eum edices habeant eum obiisse diem sub ipsidem Augustis. Sed quomodo id fieri potuit, ut sub Theodosio mortuus dicatur, si idem Maximus subscriptus Concilio Mediolanensi sub Iuliano Imperatore (ut uidimus) celebrato & hoc anno interfuisse, sedisse & subscripsisse Romanæ Synodo primo loco post Romanum Pontificem reperitur: ut non ut, qui ostendere possit alium hunc Maximum Taurinensem ab illo fuisse: nam ut primo loco sederit atque subscripserit, non (ut dictum est) aliunde, quàm ex præcedente in sede ætate potuit cognoscere? Unde ne dicamus aded manifestè in rebus sui temporis Gennadium hallucinatum, mendum in codicem irrepsisse dicendum erit: sicut nuper factum uidimus, dum in fronte scriptorum ipsius Maximi, quæ Romæ sunt edita, Gennadij textus illud accepit additamentum de anno, quo mortuus est, nimirum ab Orbe redempto quadringentesimo uigesimo: putauit it sibi licere Galeus, qui edidit. Propagata est autem ad posteros summa gloriâ eiusdem Maximi memoria, cuius & dies natalis anniuersariâ commemoratione recurrit septimo Kalendas Iulij. Vixit hoc item tempore alius Maximus, & ipse inter sanctitate claros adnumerandus Episcopus Tolosanus, de quo paulò post dicturi sumus.

Qui uero post Maximum primo ponitur loco Ingehuus Ebreundenis Episcopus, idem conuictus est apud

XXVI.

XXVII.
DE MAXIMO EPISCOPO TAURINENSI.

à Gennadij de ur. II. lib. c. 40.

à Epist. Concil. Mediolan. apud S. Leonem post Epist. 12. de A. T. MAXIMI B. R. R. S. C. R. E. S. C. O. R. E. I. G. V. N. T. A. L. I. S. R. X. V. M.

XXVIII.

ipsum Hilari Romanum Pontificem deversipatis quibusdam sine diocesibus iuribus. Extat de his epistola eiusdem Hilari Papae ad Leontium, Veranum, & Victorium Episcopos, quibus delegat causam cognitionem & institutionem iuniorum Ebreundenis Episcopi Metropolitanum Alpium nominatum. Aduersus autem eos, qui insanam cupiditate non nisi in hoc laborant, ut suae diocesis fines dilatent, est eiusdem Hilari Papae in eadem epistola aurea illa sententia: Expectatio fructus nostri ministerij non in latitudine regionum, sed in acquisitione ponitur animarum. haec & alia ibi Hilari digna Pontifice tante sedis. Porro Leontius primo loco positus inter Episcopos, quibus causa committitur, est cuius Ecclesiae Antistes fuerit, nulla sic mentio: scias tamen istum ipsum laudatum ab Hilario Arelateni in funebri oratione de sancto Honorato Episcopo praedecessore quem Forouuliensem Episcopum, eiusdem opinor, esse, ad quem extant Sidonii Apollinaris litterae.

XXIX. Sed quod polliciti sumus de Maximo Episcopo dicere, non praetererat: Hic his temporibus ex Palatino in iuribus, nunciens, nolensque cogitur a populo fieri Episcopus: Ad quam sacerdotij dignitatem assumptus, qualem specimen ediderit sanctissimi sacerdotis, accipe, quae de eo obiter Sidonius scribit ad Turnum, cum eidem occurreret neciens creatum Episcopum: *Ve (inquit) veni, occurrere mihi ipse, quem non iam antequam corpore erectum, griffu expectatum, voce liberum, facie liberalem, multum ab antiquo dissimulatum, habitu vero gratum, pisor color, sermo religiofus, coma breuis, barba proluxa, tripodes felle, Cilicum vela soribus appensa, lectus nihil habens pluma, mensa nihil purpura, humanitas ipsa se benigna quam frogi, nec ita carnis abundans, ut leguminibus: certe si quid in cibo vultus, non sibi, sed hospitibus.*

XXX. Cum superueniens, clam percussor affantes: Quod genus rita detribus arripisset ordinibus: Monachum & geret, an clericum penitenciam? Pixerunt venter impacto sacerdotis sanguis, quo recusatam facilius ligasset cineres amor. haec de maximo mutatione ubi electus est Episcopus Tolosanus: quo est tantum, qui in Ecclesiasticam dignitatem assumpti nobiles & dimites, de sacerdotio maioris luxu captant occasionem, ut in Ecclesiam Christi transferant regios apparatus: vel (quod deterrus est) qui ignobiles ad Episcopatum accedentes & pauperes, mox Sybariticas quaerunt delicias. Quantum autem temporis Maximus iste federit, ignoratur: constat tamen, Concilio Arelatensi non Maximum, sed Leontium eius successorem haberi subscriptum.

XXXI. Huius pariter anni Consulibus, Senatus Imperator dolo Ricimeris in Palatio veneno peremptus est. haec Cassiodorus, cui consentit Marcellinus. Per obscuram quidem res Severi Augustij remansere: dua autem ab ipso edita extat, constitutiones, quarum posterior hoc anno data habetur septimo Kalendas Octobris. Ex quibus redarguit eum, qui diuinatur Senatum hoc anno defunctum decimo octavo Kalendas Septembris. Abrogata ex parte fuisse a Senato, in ipso scilicet quae spectabant ad inoniales & viduas, constitutionem Maioriani Augusti, de qua suo loco dictum est, inscriptio indicat pphorab eo edita constitutioni demonstrat. Post obitum vero Severi factum esse interregnum per annum & menses aliquot, itidem Cassiodorus affirmat dum creationem Anthemij post sequentis anni Consules ponit.

XXXII. Obiit multum Italiae eiusmodi interregnum, & frequens ista mutatio Augustorum: ex quo factum est, ut Wandali regnantes in Africa crebrius Romana littora incurserent. Hinc Sidonius in Panegyrico Anthemio dicto:

— Quercumq; creant
Axi meo natum, confisum fregit in illo
Imperij Fortuna rotae. Hinc Vandalus hostis
Viget, & in nostrum numerois classe quotanq;
Militat excidium, conuersosq; ordine facti
Torrida Caecaeos inferit mihi Byssa furoris.
Praeterea iudicio Ricimer, quem publica fata
Resistant, proprio sole vix marte repellit
Piratam per ruita fugam, &c.

Ad hac fortasse alludit Maximus Taurinensis, ubi ait: Non spirituales, sed etiam carnales nobis (qui sunt barbari) piratae non desunt.

Ceterum non huius tantum tempore interregni ista Genfericus aggressus est, sed ceptam diuante piraticam ab ipso Valentiniani obitu quottannis exerceat, de qua ista Procopius: Post mortem Valentiniani, aliquot annos verum initio, continuo longas fuit, prae dano & papulando incursiones, nuncius Siciliam, nunc in Italiam, civitates in super partem diripiendo, partem solo equando: ubi vero omnia deleuit. ad Orientem conuersus Imperium, Myricum omne simul & Peloponnesum, hinc, adiacentes insulas cum reliqua Graecia inuadit. Ad Italiam rursus Siciliam, reversus, quicquid erat reliquum, exiuit. Verum quondam, cum e Carthagini portu passu veli solatarum esset, interrogatus a nauclero, quid tendere populum aduadum velleret, respondit: Quo Deum impulerit, ad eo nulla causa in obuiis quocumq; hospititer forebatur. haec Procopius. Porro ita formidabilis factus erat Genfericus piratae classe, ut Alexandria etiam fuit timore concessa. Et enim habent haec Acta Danielis Seylitae: Quaedam fama in omnes gentes mansit, Genfericum Regem Vandalorum bellum gerere aduersus Romanos magno apparatu & maiori auxilio, & quod magna manu peruenit Alexandriam, eam sibi velle belli facere praemium. Non parum ergo timore augebatur magistratus & ipse Imperator: Quicquid concurrebat ad confectum melitancum amir egredidans, & S. Danieli famam significat. Ille vero tamquam non praesideret, sed videlicet, quae erant ventura, dixit protinus: Non solum Genfericum Alexandriam non esse occupaturum: sed in omnibus etiam alijs: re infecta, domum esse reuersurum. Omnino nihil opus est addere id, quod caenit, hi, qui virum porant, scilicet autem non paulo post, sicut diuina Daniel lingua praedixit. haec ibi.

Post hanc autem praedictionem, eodem petente Daniele, cuiusse Leonem Imperatorem translationem reliquiarum magni illius Simeonis Seylitae ex Syria in Thraciam, eadem Acta habent: sed quoto anno id Leonis Imperatoris acciderit, haud facile est asserere. Ex dicta autem Alexandrinorum turbatione accepta occasione, Leo Augustus comparandi classem aduersus Wandalos consiliu inie cepit, quod perfecit tertio ab hinc anno, ut suo loco dicemus.

IESV CHRISTI
ANNUS 466.
HILARI PAP. LEONIS IMP.
Annus 66. Annus 10.

INGREDITUR Christi annus quadringentesimus sexagesimus sextus, altero (ita dixerim) pede claudicans, cum non nisi vnus Consul Leo Augustus tertium creatus sit in Oriente: in Occidente autem cum nullus esset Imperator, nulla est a Senatu habita ratio Consulis eligendi. Cum igitur tum Cassiodorus, tum Marcellinus vnum tantum Consulem hoc anno esse creatum dicant, videntur a recentiore chronographo additio collegae Fabij Titianij: sed nec teste aliquo id probat, neque coniectura saltem verisimili.

Hoc ipso anno Leo Imperator vltima die Februarij de immunitate consurgentium ad Ecclesiam amplissimam edidit sanctionem: cum nouo casu diuinitus ostensum esset, magno periculo asyllum Ecclesiae violari. Rem gestam habent Acta Marcelli Acaemetarum Archimandrita sanctissimi his verbis descriptum: De Ardaburij & Asparij, qui erat illo tempore, potentia, nihil est dicendum, nisi de crudelitate aequali potentie atque adeo maiori (stant ambo Arani potentissimi, vtpote longo tempore militiae praefecturis insigniti, ipsi quoque Imperatori timendi.) Hic ergo, qui adeo potens erat & crudelis Ardaburij, tractatur cuidam ex hi,

qui